

*Hispana Nicaea Preface*

QUO TEMPORE ACTUM SIT NICENUM CONCILIUM.

76r

5 Canones generalium conciliorum a temporibus Constantini coeperunt. In praecedentibus namque annis persecutione fervente docendarum plebium, nisi quae a Romana praecesserunt sede, minime dabatur facultas. Inde christianitas in diversas hereses scissa est, quia non erat licentia episcopis in unum convenire, nisi tempore supradicti imperatoris. Ipse enim dedit facultatem christianis libere congregari. Sub hoc etiam sancti patres in concilio Niceno de omni orbe terrarum convenientes iuxta fidem evangelicam et apostolicam secundum post apostolos  
10 symbolum tradiderunt.

76v